

abbati Premonstratensi¹ frater Hugo miseratione divina tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis salutem in Domino.

Illam gerimus de vestra sinceritate fiduciam, ut, cum vobis pro dilectis nostris et caris preces nostras porrigimus, ipsas eo liberalius ad exaudicionis gratiam admittatis, quo maiori desiderio cupimus, vos in vestris, cum expedierit, efficaciter exaudire.

Sane dilectus nobis in Domino Gaufridus, canonicus monasterii Vallis Serene², Premonstratensis ordinis, Suessionis diocesis, lator presencium olim, ut nobis exposuit, abbatem suum instigante diabolo non leviter vulneravit, ac postmodum idem canonicus dicto abbati, qui miserationem Domini recordatus in spiritu humilitatis extitit misertus ipsius, satisfactionem impendit^a iuxta sue libitum voluntatis. Verum cum eodem Gaufrido per nos, qui penitenciarie domini pape officium gerimus, ab excommunicationis sententia, quam propter hoc incurrisse dignoscitur, iuxta formam ecclesie absoluto, idem dominus^{b3} ad prefatum abbatem et conventum predicti monasterii super receptione ipsius sub certa forma dirigat^c scripta sua, quia nos dictum Gaufridum propter sue bonitatis merita dilectionis precipue prerogativa complectimur^d, pro eo sinceritatem vestram affectione plena rogamus^e, quatinus erga prefatos abbatem et conventum, quod iuxta mandatum apostolicum canonicum eundem recipiant, sic, si placet, precum interventustrarum efficaciter laborare velitis, ut idem ex precibus ipsis optatum^f a nobis se gaudeat commodum percepisse, ac nos, qui nobis ascribimus, quicquid sibi contemplacione nostra feceritis, vobis et monasterio vestro districtius obligemur.

n. 57: Supplik des Kanonikers Gaufrid in obiger Sache (zw. 1255 u. 1263).

Supplicat sanctitati vestre Gaufridus canonicus ecclesie Vallis Serene Suess(ionensis) dyocesis Premonstratensis ordinis, quod ipse olim instigante diabolo et humani generis inimico abbatem suum non leviter vulneravit, postmodum autem eidem abbati super hoc plenarie satisfacto absolucionis beneficium iuxta formam ecclesie

56. a) impenderit R b) folgt ut R c) dirigatis R d) korr. aus amplectimur R e) korr. aus rogantes R f) obtatum R

(1255), da dieser 1256 von ihm sagt *cui curam poenitenciarie nostre commisimus* (vgl. GÖLLER, Die päpstl. Pönitenciarie 1, 86). Hugo starb am 19. März 1263.

¹) Abt Johann II. 1247—1264. ²) Valsery. ³) Dieser Papstbrief scheint nicht erhalten zu sein.